Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



71

confessione. habeo fiducia. Ꝗ despes salute. si admeliora conuertaris. Qui enim uenia
de peccato despat. plus se de desperatione quam de commisso scelere dampnat. Desperatio
auget peccatum. desperatio peior est omni peccato. Corrige igitur te. et indulgentiae habeo
spem. Depone iniustitiam. et spa uitam. depone iniquitatem. et spa salutem. Nulla tam gran
dis culpa est. quae non habeat uenia. Quantus enim peccator sis. quantus scelerat. quantus
infandis criminibus oppressus. ni denegatur tibi penitentiae locus. facile penitentibus indulgen
tia datur. diuina clementia subuenit. ppenitentiam indulgentia datur. ppenitentiam
delicta omnia abstergunt. **Homo.** Heu miseru me. spem pdidera. fiducia a
misera. Diffidera animo. fractus fugat animus. indesperatione pene concidera animus.
Jam regressus su ad spem. iam recepi fiducia. spem indulgentiae iam habeo. De pietate
di spo. de bonitate di ni dubito. Habitabo iam in spe. creatu me ad spem pietas
et. dedit in spe uitae impenitentia. Si ds igitur respexit. si mauxiliu in accesserit. si
adimplendu quod cupio adiuuerit. hoc facere decreui. hoc statui. defixu hoc in a
nimo meo est. euidli hoc abanimo meo ni potest. **Ratio.** Ds tibi optata tribuat.
ds uotis tuis faueat. Ds uotis tuis te coporet faciat. ds uoluntate tua in bono
pficiat. ds uota tua confirmet. ds uotis tuis suffragetur. omnia faueant do agas.
Quod age du licet. du mors moratur. ora. Jam pete. obsecra. ni taceas. Et rupe inuocet. ex
clama fortiter. Plange iniquitates tuas. mala scelerum tuorum deplora. Quae praue gessi
sti. fletibus dele. quae illicite commisisti lacrimis ablue. ploratus scelera diluit solent.
Homo. Heu in infelix anima mea. intantus criminibus. intam multas iniquitatibus qd primum
plorem. qd primum plangam. qd lucrum faciam pusquam lacrimas sumam. Non suffi
cit referre memoria tantas criminum gesta. Peccata quoque mea in sensu doloris tulerit.
hebetudine cordis coagulate sunt lacrimae meae. Obriguit animus. nullo merore com
pungitur. Anima mea instupore conuersa est. insensata facta est. O lacrimae. u nos sub
duxistis. Vbi estis fontes lacrimarum. Vbi estis meroris undae. Vbi estis lamenta.
Redite obsecro. mouemini fontes lacrimarum. aspergite me fletibus. fluite sup faciem
meam. humectate maxillas meas. genas meas rigate. Date mihi planctum amarum.
Inter omnes enim graui corruit. omnes impiae penas scelere meo uici. Tartari tormenta
uix malis meis sufficiunt. Ꝗ est peccatum sup peccatum meum. ni est iniquitas sup ini
quitatem mea. Aequiorem me cunctis peccatoribus penso. comparatione mea nullus
iniquus est. Iustae penas debitae infelicitatis exsoluo. iuste tantis supplicis con
teror. ex meo peccato mala mihi omnia uenerit. Ds iusta inme infligit. iusto iu
dicio rependitur factis meis congrua uicissitudo. min tamen retribuit in
quam ipse deliqui. Peccatorum meorum minor uicissitudo rependit. plagae meae cul
pa mea durior inuenit. leuior est peccato meo. pena damnationis meae. Gra
uius est quod admisi. leuius est quod tolero. Grauior est culpa quam feci. minor uin